



In Nomine Sanctissimæ Trinitatis.



Xortis quibusdam dissidijs inter Exercitum auxiliarem Saxonum Sac: Reg: Majestatis Domini Nostri Clementissimi ab una, & Confœderatos Palatinatus & terras Minoris Poloniæ, scilicet Palatinatum Cracoviensem cum Ducatu Osviecimensi, & Zatoriensi, Palatinatum Sandomirensem, Palatinatum Russiæ, Terras Chełmensem, & Halicensem, Palatinatus Vołyniæ, Lublinensem, Bełzensem, & Bracłaviæ, atq; Exercitum Regni in nexu permanentem, ab alltera parte: & intervenientibus postea Excellentissimorum & Illustrissimorum DD. Palatinorum, Podoliae & Czerniechoviæ, ab intermedio Ordine Senatorio Leopoli degente pro mediatione destinatorum, studijs, pro pacificandis rebus & impedienda ulteriori effusione sanguinis, & inde emananti desolatione Patriæ adhibitis; quibus accessit cura & sollicitudo Excellentissimi & Illustrissimi Domini, Comitis à Flemming, Supremi Stabuli Præfecti Magni Ducatus Lithvaniæ, & Campi-Ducis Exercitus Saxonici Sac: Reg: Majestatis, pro restabilienda tranquillitate publica; tandem divinâ assistente gratiâ eò perventum est, ut post concessum & prolongatum aliquoties armistitium, Ravæ ad Tractatum

B

inter



inter partes differentes processum sit, ubi expeditis & constitutis in hunc finem ab utraq; parte Mediatoribus, Excellentissimis & Illustrissimis Dominis, Domino Palatino Podoliae, Domino Palatino Czerniechoviæ, & Domino Campi-Duce Saxonico, delegatisq; Commissarijs ad tractandum, & quidem ex parte Exercitūs auxiliaris Saxonici Sacrae Regiae Majestatis Domini Nostri Clementissimi, Illustribus & Magnificis, Domino Barone de Goltz, Starosta Srzedenski, Generali Locum tenente Peditatus, & Domino Comite Sapieha, Notario Magni Ducatus Lithvaniæ, Generali Locum tenente Equitatūs prædicti Exercitūs Sacrae Regiae Majestatis; Ex parte vero Illustrissimorum Palatinatum Confederatorum & Exercitūs Regni Cœfederati, Illustribus & Magnificis Dominis, Domino Rosnowski, Capitaneo Lascovensis, Domino Koc, Judice Terrestri Belzenensi, Domino Czacki, Dapifero Vołyniæ, Domino Draminski, Dapifero Belzenensi, Domino Olecki, Capitaneo Szmeltingensi, Domino Kielczewski, Dapifero Lublinensi, Domino Dęmbiński, Locumtenente Cohortis Loricatae, Domino Gołuchowski, Colonello Exercitūs; ab utraq; parte plenipotentijs ad concludendum sufficientibus instructis, quorum tenor sub fine hujus Instrumenti annexus, Tractatus conclusus est de tenore subsequenti.

ARTICVLVS I.

POstquam ex parte Exercitūs auxiliaris Sacrae Regiae Majestatis deducetur est, eundem exercitum nullatenus intentione lādendi Jura & immunitates Reipublicæ, aut eandem opprimendi in Poloniā intrasse & ibidem substituisse, sed propter urgentem necessitatem belli in fundamento legum pro

pro bono & defensione Reipublicæ introductum
fuisse, & eidem fidelia & proficia obsequia præ-
stisſe; Deniq; eundem non contrà libertatem, sed
pro defensione Majestatis & libertatis, quām per
ultimos motus & aggressionem violentam Exerci-
tūs sui læsam esse supposuerunt, vim vi repellendo,
operam navâsse. Ex parte verò prædictorum Pa-
latinatum Confœderatorum & Exercitūs in nexu
subsistentis explicatum fuit, se unicè zelo & scrupulo
libertatis ductos, quam per mansionem copiarum
auxiliarium in Regno & exactionem subsi-
stentiae pro ijsdem, læsam esse senserunt, ad nexum
Confœderationis processisse, & libertatem tuendo,
nihil unquam contrà Personam & regimen Sacrae
Regiæ Majestatis feliciter regnantis, aut violatio-
nem seu postpositionem Jurium Majestatis inten-
disse, quin potius inter prima fundamenta Confœde-
rationis suæ, tuitionem Majestatis posuisse; de-
clarando insuper, quod & in futurum quoq; Jura
Cardinalia Majestatis & Reipublicæ, imprimis ve-
rò Jus manutenendæ liberae Elec̄tionis in persona
prædictæ Sacrae Regiæ Majestatis Domini Nostri
Clementissimi, perpetuò manutenere, & contrà
omnes perturbatores aut infraactores hujus Juris,
seu ejusdem usurpatores & fautores, inhærendo ju-
ramentis in hanc rem in anterioribus Comitijs &
omnibus alijs actibus legitimis, quæ sarta tecta te-
nere promittunt, præstitis, insurgere volentes, fa-
ctiones seu cointelligentiam cum Rege Sveciæ &
alijs Principibus exteris non habent, nec habebunt
aut fomentabunt, sed talia directe aut indirecte,
clam aut palam foventes, in quantum eos rescive-
rint, detegent, & contra eosdem & eorum assem-
blas, tanquam contra hostes Patriæ procedent, id
quod præsenti Instrumento, sub vinculo Jurisu-
andi spondent.

A 2

Insuper

Insuper verò visum est, utrāq; ex parte, materias primarias modernarum inter partes differentiarum, evacuationis scilicet copiarum auxiliariū Sacrae Regiae Majestatis & dissolutionem nexū ambarum Cōfederationum, Palatinatum nempe & Exercitū, in Comitijs ordinarijs Generalibus à Sacra Regia Majestate jām declaratis & proximè celebrandis exequenda esse.

Hinc remittitur illuc plenaria dissolutio prædicti nexū cum reditu Exercitū ad obedientiam Illusterrimorum Ducum, cum extraditione Manifesti Tarnogrodiae editi & aliorum Scriptorum & Actorum ad hunc nexum pertinentium in futuris Comitijs producendorum & abolendorum.

Remittitur quoq; illuc satisfactio punitorum & prætensionum utriusq; partis, in manibus Excellentissimorum & Illustrissimorum Dominorum Mediatorum permanentium, cum satisfactione & securitate Sacrae Regiae Majestatis & Reipublicæ.

Et quoniam Excellentissimus & Illustrissimus Campi Dux, Comes à Flemming Plenipotentiam à Sacra Regia Majestate ratione evacuationis hic & nunc producendam non habet, sed tamen de intentione Sacrae Regiae Majestatis optimè instrutus, scit, Sacram Regiam Majestatem pro teneritudine affectus Paterni, quō Rempublicam semper prosecuta est, ad nullum alium finem, nisi ad finiendam quantocvus cum honore Suæ Majestatis & gloria Nominis Poloni, nec non suo & Reipublicæ emolumētō, bellum Sueticum, sibi & ditinibus suis hæreditarijs gravissimum, copias suas auxiliares in ditiones Regni sui introduxisse, nihil magis optans, quam ut vota populi sui, ratione evacuationis copiarum auxiliarium exaudire posset; Ideo Excellentissimus & Illustrissimus Comes

à Flem-

à Fleming bona fide & verbo honoris spondet, se obtenturum assecurationem Sacrae Regiae Majestatis super totalem evacuationem copiarum suarum, tam ex Regno Poloniae, quam ex Magno Ducatu Lithvaniæ & alijs Provincijs annexis & fortalitijs cum præfixione temporis, assecurationemq; Regiam ad manus Excellentissimorum & Illusterrissimorum Dominorum Mediatorum, ante Comitiola, generalia Comitia præcedentia, cum declaratione, easdem copias auxiliares nunquam amplius introducendi, appromittit.

Reciproce vero Domini Commissarij Plenipotentes Palatinatum & Exercitus Confœderatorum, itidem fide bonâ & verbo honoris promittunt, Palatinatus suos apud Rempublicam, pretio integræ evacuationis ex tota Polonia, & Magno Ducatu Lithvaniæ & annexis Provincijs, obtenturos, ut SERENISSIMUS REX à Republica, totâ eadem consentiente, à præstationibus, onere & obligatione præsentis belli, respectu Regni Poloniae & annexarum Provinciarum in proximis Comitijs, prævisâ sufficienti securitate Sacrae Regiae Majestati & Reipublicæ, liber pronuntietur & dissolvatur. Cujus promissionis assecurationem, necnon sponsionem de dissolvendo nexu Confœderationis Palatinatum & Exercitus in proxime futuris Comitijs exequendam, Domini Commissarij prædictorum Palatinatum & Exercitus à Principalibus suis, ad manus itidem Excellentissimorum & Illusterrissimorum Dominorum Mediatorum ante Comitiola, Comitia Generalia præcedentia remittere appromittunt.

B

ARTI-

ARTICVLVS II.

Interim spondetur ex nunc concordia & amici-
tia firma inter exercitum auxiliarem Saxonicum
Sacrae Regiae Majestatis & prædictos Palatinatus
Confœderatos minoris Poloniae, nec non Con-
fœderatum exercitum Regni, sepositis & sublati
omnibus hostilitatibus, guerris & violentijs omnis
generis, concessâ securitate plenariâ cujuscunq; di-
gnitatis vel Statûs Magistratibus, Officialibus, No-
bilibus, Militibus & alijs personis, eorumq; bonis
utraq; ex parte, nihil excipiendo, tam in domibus
illorum, quam in castris, aut alibi cum libera ubi-
què eundi & redeundi facultate, & liberrimo cur-
su postarum publicarum, rhedarum & commerci-
orum, itidemq; ex utraq; parte.

Divisio quoq; Excellentissimi & Illustrissimi Do-
mini Palatini Culmensis, per mandatum Illustrissi-
mi supremi Ducis Regni, ad latus Regium ordina-
ta, & nunc apud Exercitum auxiliarem Sacrae Re-
giæ Majestatis permanens, ulterius quoq; ad man-
data Sacrae Regiæ Majestatis permanebit, atquè ea-
propter cum suis Regimentarijs, Generalibus, Offi-
cialibus, Commilitonibus & militibns, cujuscunq;
nationis, neminem excipiendo, per omnia, impi-
mis quoad securitatem in praesenti tractatu com-
prehenditur.

ARTICVLVS III.

Conventum est porro, ut expediantur quanto-
crys legationes ad Sacram Regiam Majesta-
tem, & quidem

i. *Ex Senata, Supplicando, ut Sua Majestas reci-
piat in sinum Paternæ gratiæ suæ Confœderatos Pa-
latinatus*

latinatus atq; Exercitum, & annuat benignissimè supplicationibus ejus.

II. *A confœderatis Palatinatibus*, excusando factum & exponendo optimam intentionem suam circa tuitionem Majestatis atq; supplicando, ut Sacra Regia Majestas dignetur quāimprimūm declarata Comitia instituere, in quibus provideretur abundē securitati Scræ Reg: Majestatis & Reipublicæ.

III. *Ab exercitu Regni Confœderato*, deprecando facta, & supplicando veniam Serenissimi Principis.

ARTICVLVS IV.

ET quoniām cōpiæ auxiliaries Sacræ Regiæ Majestatis Saxoniciæ in ditionibus & Provincijs Reipublicæ subsistentes ante exitum suum, qui propter rigorem hyemalis temporis, ad movenda castra intempestivi, & alias rationes hic & nunc fieri non potest, sīnē alimentatione necessaria in obsequio retineri non possunt, hinc prædicti Palatinatus Confœderati, subveniendo necessitatī huic, amore pacificandarum rerum, & pretio promissæ evacuationis proximè subsecuturæ, concedunt ex suis Palatinatibus Confœderatis, pro sustentatione prædicti exercitū auxiliaris alimentationem, cuius qualitas & quantitas, nec non mensura ad triginta ollas seu Garniec, per quemlibet modium computando, cum pretio ad proportionem septendecim Tynfonum ex fumo quolibet determinatur.

Quæ quidem proportio juxta Tariffam anni 1661. à Commissariatu Sacræ Regiæ Majestatis Illustrissimorum Palatinatum hic præsentibus Dominis Commissarijs plenipotentibus extradendam, in tribus terminis, quorum primus constituitur *1^{ma} Februarij* a. c. de septem Tynfonibus, secundus, *1^{ma} Martij*

Martij a. c. de quinqu; tynfonibus, & tertius die
3tia Aprilis, a. c. 1716ti de quinqu; tynfonibus, ex
prædictis Palatinatibus, neminem excipiendo aut
libertando, sine ulla diminutione in integro com-
portandis.

Cavendo, quod pro tynfonibus omnis alia mo-
neta, secundum valorem & currentiam Regni com-
putando 38. grossos pro tynfone, talerum pro sex
tynfonibus & sextante, Ungaricum aureum pro 13.
Tynfonibus & sextante uno, necnon prospiciendo
quod olla seu *gárnier* à Commissariatu insignita
extradetur, secundum quem receptio naturalium,
sine ulla alia aggravatione fiet, & stipulando insuper,
quod ultra supra expressam alimentationem 17.
Tynfones per fumum efficientem, nihil prætende-
tur circa receptionem aut quietationem ejusdem.

Item quod executiones, quibus omnis securitas
promittitur, præcisissimis tynfonibus & sextantibus e-
xecutorialibus, ultra pabulum & victum naturalem
nihil prætendent.

Declaratur denique, quod pecuniae à prædictis
Palatinatibus post diem 1imam Januarij a. c. Exer-
citui auxiliari jam exsolutæ, in prædicta proporti-
one alimentationis 17. Tynfonum compensabuntur.

ARTICVLVS V.

POst acceptam modò dictam alimentationem,
Exercitus Sacrae Regiæ Majestatis ex prædictis
Palatinatibus Minoris Poloniae, nihil amplius præ-
tendet, sub quocunqu; nomine & vocabulo, ne quo
itineris seu exitus sui causâ, pro quo ex sœpe di-
cta massa alimentationis, impensas faciet suo sum-
ptu, sine ulteriori molestia exhausti populi, & ex
illis Palatinatibus, qui quotam partem suam ex-
solverunt, protinus exibit. Prout

Prout etiam promittitur, non nisi ad proportionem memoratae alimentationis Regima Exercitū Auxiliaris in hac regione permanfura fore, cætera verò statim in alios Palatinatus educenda, & ultimario in termino evacuationis, directa viâ ad ditiones suas transducenda esse.

ARTICVLVS VI.

UT verò in causis supervenientibus, res eò promptius decidi possint, hinc ad dijadicandas quærelas ratione proportionis alimentationis ab Exercitu ultra assignationem, modo aliarum defensarum, & superius nominatarum extorsionum perceptæ, vel à Palatinatibus secundum declaracionem præsentem non comportatae, nec non ratione criminum & excessuum, quæ ab utraq; parte committi possent, præsertim ratione latrociniorum, quæ in stradis & vijs patrantur, dijadicandorum, formabitur judicium compositum Jaroslavie, ad quod Sacra Regia Majestas D. N. C. unum ex Senatoribus pro Præside delegabit, Palatinatus verò Confœderati & Terræ, quilibet unum Commissarium mittent, Exercitus autem Auxiliaris parem numerum ex Officialibus suis constituet. Qui Commissarij unius vel plurium absentia non obstante, dummodo sex præsentes sint, pari ab utrinq; numero, causas supervenientes dijadicabunt.

ARTICVLVS VII.

CAvetur porrò, quod deposita, quæ pronunciam Zamoscij, aut alibi inveniuntur, statim post comportationem primi termini, prædictæ summæ

C ali-

alimentationis septem Tynfonum, veris proprietarijs & Dominis suis salva restituentur, exceptis frumentis, quæ omnia jam in usum Exercitūs repartita sunt. Tormenta bellica quoq; & Acta Tribunalis Regni Lublinensis, in Zamosc existentia eodem tempore, quō evacuatio fiet, restituentur.

Interim aditus ad prædicta Acta Tribunalitia, cuilibet liber permittitur, Actaq; sub dispositione eorundem Officialium, sub quibus hæc tenus fuerunt, permanebunt.

ARTICVLVS VIII.

HYbernarum ex lege publica, integro Exercitui Regni debitarum, per Deputatos exactio, ab Exercitu Auxiliari in Regno nullatenus impeditur.

ARTICVLVS IX.

STativa & consistentias idem Exercitus, nexus Confœderationis nondum solutus, habebit in Palatinatibus Vołhyniæ, Bracłaviæ, & Kijoviæ, partim pro evitandis omnibus collisionibus, partim ne Palatinatus nimium aggraventur transiti bus; sed ut primùm Exercitus Auxiliaris Sacræ Regiæ Majestatis ex Palatinatu aliquo post perceptam alimentationem supra dictam exiverit, liberum erit Exercitui Regni in illos Palatinatus evacuatos, pro commodiori locatione movendi, & stativa sua extendendi. Stativa verò Exercitus Auxiliaris Sacræ Regiæ Majestatis erunt in principio in Palatinatu Podoliæ, Terra Leopoliensi, & Halicensi.

A R-

ARTICVLVS X.

Nutra pars immisceat se dispositionibus bonorum mensæ Regiæ, Salisfodinarum, & Oeconomiarum, aut Teloneorum Sacrae Regiæ Majestatis & Reipublicæ.

ARTICVLVS XI.

Non potuit recusare Excellentissimus & Illustrissimus Dominus CampiDux Comes à Flemming, quin Palatinatibus Confœderatis ad iteratas eorum instantias promitteret, se apud Sacram Regiam Majestatem instare debere, ut sua Majestas officia quam efficacissima eò interponat, ut Exercitus Russicus S. Czareæ Majestatis quantocuyus exditionibus Reipublicæ educatur: utq; Sacra Regia Majestas apud fœderatos suos de fine & fructibus præsentis belli instet.

ARTICVLVS XII.

Conditionatum quoq; est per expressum ab Excellentissimo & Illustrissimo Domino CampiDuce Comite à Flemming, ut Excellentissimi & Illustrissimi Domini Mediatores, Palatini Podoliæ & Czerniechoviæ, quantocuyus ad Sacram Regiam Majestatem cum relatione præsentis transactionis festinent, necnon aliqui ex parte Dominorum Confœderatorum, vigore legationum supradictarum.

ARTICVLVS XIII.

Captivi utraq; ex parte ubicunq; fuerint, ex nunc libere dimittentur.

AR-

ARTICVLVS XIV.

Excellentissimus & Illustrissimus Dominus Cam-
piDux Comes à Flemming , universalia ad
omnes Palatinatus & Terras confederatas ex Can-
cellaria sua extradi jubebit , ad promulgationem
hujus tractatūs , ut sit omnibus Incolis habitanti-
bus in Villis & subditis eorum , nec non mercato-
ribus omnis generis securitas provisa , sine ulla de-
pactatione , nec non liber transitus sine intercepti-
one suppelleſtilium , boum , equorum & jumento-
rum . Ut nundinæ quoq; sint securæ & vecturæ ,
imprimis in via ab Exercitu Auxiliari Sacrae Re-
giæ Majestatis . In quam rem ordinationes quoq;
ad Regimina tam in Palatinatibus Confoederatis ,
quam non Confoederatis degentibus , dabuntur . Vi-
cissim autem à Palatinatibus Confoederatis & Exer-
citū Regni , in nexu permanente Exercitui auxiliari Sa-
crae Regiæ Majestatis appromittitur , ut sit omnis
securitas prædicto Exercitui , & omnibus ad eun-
dem spe&tantibus , necnon mercatoribus omnis ge-
neris , cum libero transitu , sine interceptione , iter
facientibus , omnis conditionis hominibus , ut &
equis & vecturis , atq; suppelleſtilibus eorundem ,
non impediendo aut prohibendo ullo modo extra-
ditionem Exercitui prædicto Sacrae Regiæ Majesta-
tis alimentorum in natura vel in pecunia , uti su-
pra dictum est , in omnibus Palatinatibus tam Con-
foederatis supra nominatis , quam cæteris , & uni-
versalia ad fistendum hostilitatem à Palatinatibus
promulgabuntur ; in Exercitu vero confederato
ordines in hunc finem dabuntur . Finaliter utraq;
ex parte promittitur , quod articuli supra dicti o-
mnes & singuli cum omnibus eorum punctis &
clausulis mutuo ac reciprocè stipulatis , bonâ fide ,
& exactè ab utrinque observabuntur .

In quo-

In quorum fidem præsens Instrumentum in du-
plo confectum, & ab Illustribus & Magnificis Domi-
nis Commissarijs Plenipotentibus utriusqué partis,
appositis sigillis eorundem subscriptum, & cuilibet
parti exemplar Authenticum, pro ratificatione
Principalium suorum extraditum est. Quod ab
Excellentissimis & Illustrissimis Dominis Mediato-
ribus in vim gvarantiæ mutuæ ab utraquæ parte
conclusorum subscribetur. Actum Ravæ, die 18.
Mensis Januarij. Anno Domini 1716.

Franciscus Joachimus de Nicolaus Roznowski, Ca-
Goltz Sreden. Novodvor- pitaneus Laskovien. Gene-
scensis Capitaneus, S. R. M. ralis Mareschalcus Palati-
Generalis locum tenens, natus Russie, Commissarius
Plenipotentiarius Exerci- & Plenipotentiarius à Re-
tus auxiliaris Saxonici. publ. Confœderata. (L. S.)

(L. S.) Nicolaus Josephus Koc,

Judex Terrestris Belzensis,

Michæl Franciscus Co- Commissarius & Plenipo-
mes Sapieha, Notarius tentarius à Republica Con-
Capestris Magni Ducatus fœderata. (L. S.)

Lithuaniae, Sacrae Regie Michæl Hieronymus
Majestatis Generalis lo- Czacki Dapifer Volhynia,
cum tenens, Plenipotentiarius & Plenip.
arius Exercitus Auxilia- à Rep. Conf. (L. S.)

ris Saxonici. Franciscus Draminski,
(L. S.) Dapifer Belzensis, Com-
missarius & Plenipotenti-
arius à Republica Confœ-
derata. (L. S.)

Albertus Olędzki, Szmel-
tineensis & Bracłaviensis
Capitaneus, Cobortis hasta-
ta Praefectus, Commissarius

& Ple-

D

Ex Plenipotentiarius ab
Exercitu Confœd. (L. S.)

Thomas Skarbek Kiel-
czewski, Dapifer Lublin.
Cohortis Loricatae Präfe-
dus, Commiss. & Plenip.
ab Exercitu Conf. (L. S.)

Petrus Dęmbiński, Po-
cillator Culmens. Präfetus
Cohortis Loricatae, Com-
miss. & Plenip. ab Exer-
citū Confœd. (L. S.)

Alexander Daniel Gołu-
chowski Colonellus S. R. M.
Commiss. & Plenipot. ab
Exercitū Confœd. (L. S.)

Nos infra scripti, Tractatum huic Instrumento
ratificatorio annexum Ravæ sub dat 18. Mensis
Januarij, Anno Domini 1716. inter Exercitum Sa-
cræ Regiæ Majestatis Auxiliarem, & Palatinatus
Confœderatōs Minoris Poloniæ, atquè Exercitum
Regni Confœderatum, per Commissarios Plenipo-
tentes utriuscq; partis confectum, & subscriptum,
in omnibus suis punctis & clausulis, nomine præ-
dicti Exercitū Auxiliaris Sacræ Regiæ Majestatis
Domini Nostrī Clementissimi ratificamus & obser-
vationem ejusdem exactam ex parte dicti Exerci-
tū Auxiliaris Sacræ Regiæ Majestatis præsentibus
bonâ fide appromittimus. Dabantur in Oppido
Zołkiew, die 20. Mensis Januarij. Anno Dñi 1716.

Jacobus

*Jacobus Sigismundus
Rybinski, Palatinus Culmē-
sis, Generalis Artillerie
Regni, nomine totius Exer-
citus Auxiliaris. S. R. M.*

*de Baudiss,
im Nahmen der ganzen
Armee.*

(I. S.)

*(L. S.) Seisan an nom de L² in-
Johan Adolph Herzog fanterie & artillerie.
zu Sachsen Weissenfels im
Nahmen der Cavallerie
und Dragoner. (L. S.)*

(I. S.)

Nos infra nominati Mediatores Tractatum Ra-
vensem suprà scriptum, in vim gvarrantijè mutuò
ab utraq; parte conclusum, confirmamus, Daban-
tur Leopoli, die 24. Januarij. Anno Domini 1716.

*Stephanus Humiecki, I. H. Comes d' Fleming,
Palatinus Podolie, Medi- Supremus Praefectus Stabuli
ator ex Senatu ab utraq; M. D. L. Mediator ab
parte. (L. S.) utraq; parte, requisitus &*

*Franciscus C. Zaluski, Regia Plenipotentiæ post a-
Palatinus Czerniechowien- dum munitus.*

*sis, Mediator ex Senatu ab
utraq; parte.*

(L. S.)

*I. H. Comes d' Fleming,
Supremus Praefectus Stabuli
M. D. L. Mediator ab
utraq; parte, requisitus &*

*Regia Plenipotentiæ post a-
dum munitus.*

(L. S.)

D 2

Nos

(S. I.)



Os Senatores, nec non Supremus & Cam-
pestris Exercitum Regni Duces, Leo-
poli præsentes. Cùm spectando fata
Reipublicæ augeri & præcipitari magis
ac magis in dies, potissimum ex occa-
sione cæptarum inter Illustrissimos Pala-
tinatus, Exercitumq; Regni Confederatos,
& Exercitum S. R. M. Domini Nostri Clementissimi, Saxon-
icum, collisionum & hostilitatum; præmissâ maturâ delibe-
ratione, de medijs succurrenti extremis Patriæ malis exinde
secuturis, impleendo obligationem Ordinis intermedij, media-
tionis partes in nos assumperimus: & jam aufspice DEO in
actualem prædicti operis negotiacionem descenderimus, per ex-
petitos è medio nostro, Illustrissimos & Excellentissimos Pod-
oliae & Czerniechovia Palatinos ad partes belligerantes, &
post suscepimus pro zelo & amore communis boni hocce in
se munus expeditos cum instrumento inchoandi operis, si-
cuti favente Numine, ingentibus curis præfatorum Illustrissi-
morum & Excellentissimorum Palatinorum conclusa felicissi-
me præliminaria.

Ut assumpta à nobis negotiatio restaurandæ pacis Reipu-
blicæ optatam possit habere coronidem, eosdem Illustrissimos
& Excellentissimos Podoliae & Czerniechovia Palatinos pro-
batæ jam dexteritatis hoc in puncto Viros, repetitâ vice expe-
tijmus, ut bene per se cæptum opus saluberrime perficere di-
gnentur. Suscipientesq; svadente summo in publicum amo-
re, iterum pacisendi Provinciam expedimus, cum plenissi-
ma ab omnibus nobis præsentibus agendi, tractandi, & con-
cludendi atq; finaliter ac feliciter saluberrimeq; tranquillitatis
& pacis votivæ opus cum prænominatis Illustrissimis Palati-
natibus, Exercituq; Regni, nec non cum Illustrissimo & Excel-
lentissimo Domino Comite de Flemming, Præfecto Stabuli
M. D. Lithv:, Exercituq; Saxonici Campi Ductore. Quod-
cunq; autem præfati Illustrissimi & Excellentissimi Podoliae &
Czerniechovia Palatini cum prædictis partibus deciderint, sta-
tuerint, & concluserint, id omne nos pro rato & grato ac-
ceptare, & ut tale manutenerem tueriq; declaramus, & affecura-
mus præsentibus. Datum Leopoli, die 5. Januarij. A.D. 1716.

Ioannes Marlich, Archiepiscopus Leo-
poliensis, nomine presentis Senatus.
(L.S.)

comes Sieniawski,
C. C. S. E. R. P. D.
(L.S.)
Copia

*Copia Plenipotentiæ ex parte Palatinatum
Confederatorum, & Exercitū Regni
Confederati.*

Quandoquidem ex consilio Illustrium, M. M. Senatorum Leopoli peracto, paciscedarum inter Nos & Exercitum Regni ab una, & copias Saxonicas exortarum querelarum ab altera, non vana spes affulsi, scilicet; dum Illustrissimi & Magnifici, Stephanus à Ryth Humiecki Podolæ, & Franciscus in Załuskie Załuski Czerniechoviae Palatini, à Republica & Exercitu Regni: Excellentissimus & Illustrissimus verò Dominus Jacobus Henricus Comes à Flemming, Stabuli M. D. L. Praefectus, Exercitus Saxonici CampiDuctor, in se mediationem suscepere, quos Nos pro veris & indubitate Mediatoribus agnoscendo, delegavimus à Republica nostra Deputatos ad tractatum Ravae expediendum, Illustrum & Magnificum Dominum Nicolaum Rosnowski, Capitaneum Łaskowensem, Mareschaleum Generalem Palatinatus & Terrarum Russicæ, Magnificum Koc, Judicem Terrestrem Bełżensem. Magnificum Michałem Czacki, Dapiferum Vołyńiæ, Magnificum Draininski, Dapiferum Bełżensem, Magnificum Olędzki, Capitaneum Szmelcensem, Magnificum Kielczewski, Dapiferum Lublinensem, Magnificum Dembinski, Locum tenentem Cohortis Loricatæ, & Generosum Goluchowski, Exercitus nostri Colonellum. Dantes & concedentes illis plenariam facultatem tractandi, resolvendi & concludendi, quidquid in commodum Reipublicæ nostræ & Exercitus nostri viderint, Nos pro rato & grato habituros.

Cætera activitati prudentiæ & obligatae eorum conscientia committimus.

Datum Włodimiriæ, die ima Januarij A. D. 1716.

(L.S.) *S. Ledochowski, P. K.* (L.S.) *J. Branicki S. B.*
M. G. G. Rzptey. *M. W. Rp.*

Copia Plenipotentiæ ex parte Exercitus
Auxiliaris, Sacrae Regiae Majestatis.

Vandoquidem post differentias inter exercitum Auxiliarem Sacrae Regiae Maiestatis, D. N. C. atq; Illustrissimos Palatinatus Minoris Poloniae Confederatos, necnon Exercitum Regni Confederatum, exortas, ut ad representationem ab Excellentissimis & Illustrissimis Dominis Palatinis Podoliae & Czerniechowiae factam, necnon ad persuationem Excellentissimi atq; Illustrissimi Domini CampiDucis, Comitis à Flemming.

Nos Generales, Colonelli, alijq; omnes, Officiales, Regimina, Cohortes, & universus Exercitus Auxiliaris Sacrae Regiae Maiestatis, D. N. C. armis-
titium propositum acceptaverimus, & ad plena-
rios quoq; pacis tractatus, promisimus. Hinc ac-
ceptata mediatione prædictorum Excellentissimo-
rum & Illusterrimorum Dominorum Palatinorum
Podoliae & Czerniechoviæ, & Cæterorum DD.
Senotorum, qui huic mediationi accedere volue-
runt, Excellentissimorum atq; Illusterrimorum Do-
minorum, Domini Comitis à Flemming, Supremi
Stabuli M. D. L. Præfecti, tanquam CampiDucis
Nostri, & Domini Palatini Culmensis Rybinski,
tanquam Generalis Equitatus nostri, ex parte Exer-
citus Auxiliaris. Damus plenam potestatem, atq;
facultatem Perillustribus atq; Magnificis Dominis,
Domino Baroni de Goltz, Capitaneo Srzedensi,
Generali Locum tenenti Peditatus, & Domino
Comiti Sapieha, Notario M. D. L. Generali Lo-
cum

cum tenenti Equitatus nostri, tanquam expeditis
Commissariis atq; Deputatis ex parte Illustrissimo-
rum Palatinatum Confoederatorum, & Exercitū
Confoederati, tractandi, & concludendi, promitten-
tes nomine supra dicti Exercitū Auxiliaris, Sacrae
Regiae Maiestatis, omnia quæ à dictis Dominis
Commissariis conclusa fuerint, ab Exercitu Auxili-
ari, pro rato & grato habita fore. In quorum
fidem præsentes literas Plenipotentiæ, nomine to-
tius Exercitū nostri, Generalibus & Commandan-
tibus nostris subscribere, & Sigillis suis munire
commisimus. Dabantur Ravæ, die Januarii.
A. D. 1716.

(L.S.) *de Baudiss,
im Nahmender
gäzen Armee.*

(L.S.) *Seissan,
an nom de L^e in-
fanterie & ar-
tillerie.*

(L.S.) *Iohan Adolph Herzog
zu Sachsen Weisenfels im
Nahmen der Cavallerie
und Dragoner.*

V 1440 FR

X 30650 M

am ersten Dienstag nach Ascensione
zum Fest der heiligen Dreifaltigkeit
und der heiligen Anna
in der Kirche St. Marien zu Brandenburg
aus dem Jahr 1520.

Die Predigt ist von dem Prediger
Hans Lachmann, der auch die
Gesangbücher für das Jahr 1520
verfasst hat.

V. D. 1520.

(2.1) (2.1)

in der Kirche St. Marien zu Brandenburg
aus dem Jahr 1520.

Hans Lachmann

1520

(2.1)

in der Kirche St. Marien zu Brandenburg
aus dem Jahr 1520.

Hans Lachmann



In Nomine Sanctissimæ Trinitatis.

B.I.G.

Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9
	10	11	12	13	14	15	16	17	18
	19								

s quibusdam dissidijs inexcitum auxiliarem Saxon Sac: Reg: Majestatis Domini Clementissimi ab unicx Confoederatos Palatinatus terras Minoris Poloniæ, scienciem cum Ducatu Oswiecimie Palatinatum Sandomirensem, Terras Chełmensem, & Terras Vołyńiæ, Lublinensem, &c, atq; Exercitum Regni in illitera parte: & intervenientissimorum & Illustrissimo Podolia & Czerniechoviæ, Senatorio Leopoli degeneratorum, studijs, pro paedienda ulteriori effusione mananti desolatione Patriæ sit cura & sollicitudo Exsimi Domini, Comitis à abuli Præfecti Magni Dumpli-Ducis Exercitus Saxonis, pro restabilienda transiit divinâ assistente gratiâ post concessum & prolongatum, Ravæ ad Tractatum

B

inter

